



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Secvnda, Qva Continentvr Socratis Scolastici  
Constantinopolitani lib. 7. Theodoriti Cyrensis episcopi lib. 5

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

Quòd Iudaei bellum contra Christianos rursus instaurantes, facti sui  
poenas luerunt. Capvt XVI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12704**

lector in ecclesia Duce[m] se prae[be]uit, vno consensu mulierem domum alicunde redeuntem obseruant, de curru, quo vehebatur deturbant, ad ecclesiam quae Caesareum dicitur, rapiunt: exutamq[ue] vestibus, testis acutis ad necem vsque dilacerant, eius membra discerpunt, discerptaque ad locum, qui Cinaron dicitur comportant, atque igni comburunt. Hoc facinus cum Cyrillo, tum ecclesiae Alexandrinae non exiguam labem asperit infamiae. Nam qui religionem Christianam profitentur, a caede, pugnis, & id genus alijs, omnino alieni esse debent. Haec res gestae sunt quarto anno episcopatus Cyrilli, ad decimum consulum Honorij & Theodosij septimum, Mense Martio cum obseruabantur ieiunia.

*Quod Iudaei bellum contra Christianos rursus instaurantes, facti sui poenas luerunt,*

CAPVT XVI.

**B**Reui tempore post, Iudaei pro scelere nefario rursus contra Christianos ab ipsis admissio poenas perfoluerunt, in loco quodam Chalcidem, & Antiochiam interiacente, qui Inmesta dicitur. Iudaei, cum more suo ludos facerent, & inter ludendum multa absurda admitteret, tandem praebrietate e metis potestate egressi, non Christianos solum, verum etiam ipsum Christum in ludis suis contumelia afficere coeperunt: crucem etiam, eosque qui in crucifixo spem ponunt, habere ludibrio: & propterea tale quoddam facinus moliri. Puerum scilicet Christianum comprehendere, cruci alligare, in sublime suspedere. Quo facto, primum irrisione illudere, cachinnos in eum tollere: post paulo, infania correpti, illum vsque eo verberibus caedere aggrediuntur, quoad praecruciatu vitam amittat. Hac de causa, grauis inter eos & Christianos concertatio oritur. Quintem Imperatores de facinore certiores fiunt, qui per literas prouinciae illius magistratibus significant, ut facinoris autores & conquirendos curarent, & debitis supplicijs coercendos. Itaque Iudaei, qui ibi habitabant, pro scelere quod ioco conscuerant, serio poenas luerunt.

*Mester sic  
leg. Nice.  
lib. 14.  
cap. 16.*